Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25874
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Ahceha enim fortitudo uel decipula dicit. quo nomine passio uel mors xpi exprimit. per quam diabolus decipit. Maceda orientalis. uel in ante cessum interpretat. quo nomine resurrectio uel ascensio xpi designat. per quam orientalis porta uel fenestra aperit. per quam pius pastor ante oues suas gradit. Magges israel fugiunt. qa maligni spes uel angelos. mulciam. uel credentium caterua. uexilla crucis preferent. per mescuim. Sunt in descensu bethoron. que dominum uel dominum nostrum interpretat. per quam extremum iudicium designat. qa in eo ira dei super omne impietate demonum. uel hominum infidelium reuelat. in eo enim dominus eternos. mortuos a xpo iudice collocant. In hoc g descensu bethoron. dns super eos lapides magnos de celo mittit. cum eterne condempnationis terribilia iudicia. dei filii deceptoribus spiritibus immittit. Ysa. ahceha. qa per sue passionis mysteria. in die illa tremendi iudicii omnia diabolice fraudis eterni machinata. Multo plures lapidibus grandinis moriunt. qa in die illa iudicii omis spiritalium nequiciarum uires. cum iudicis troribus eneruant. Qui tores recte lapidibus grandinis comparant. quibus omia terrenigenna exturpant. Quam quos gladio filii israel percusserant. qa electi dei hostes suos in presentiarum gladio eternitatis. orationis et meditationis iugiter mortificant. SEQVITVR.

TVNC locutus est iosue dno in die qua tradidit amorreum in conspectu filiorum israel. dixitque coram eis. Sol stet gabaon ne mouearis. et luna contra uallem ayalon. Steterunt que sol et luna. donec ulciscerentur se gens de inimicis suis. Nonne scriptum est hoc in libro iustorum. Stetit itaque sol in medio celi. et festinauit occumbere spacio unius diei. Non fuit ante eam postea tam longa dies. obedientem dno uoci hominis. et pugnante pro israel. Reuersusque est iosue. cum omni israel in castra galgale.

IOSVE dno loquitur. cum filius dei redemptionem mundi per mortem crucis operatur. In die qua amorreum in conspectu filiorum israel tradidit. qa dns pater in die illa passionis filii sui antiquum illum hostem totum genus humanum amaricante. fidei electorum suorum ceuilcandum substituit. Dicit coram eis. mysterium sue redemptionis apiens eis. Sol contra gabaon ne mouearis. et luna contra uallem ayalon. Per sole diuinitas xpi designatur. qua celum et terra illuminat. Per luna humanitas xpi figuratur. que humane mutabilitatis uicibus crescendo uel moriendo uariatur. Sol contra gabaon non mouetur. quia splendor eterne diuinitatis filii dei metu mortis passionis uel mortis non obscuratur. Luna contra uallem ayalon non mouetur. qd campi interpretatur. qa humanitas xpi corruptione mortis non expugnatur. Per allusionem ayalon conditionem mortalitatis exprimit. qa humanitatem filii dei incorruptionem habere nequit. Dicit enim psalmista. ex xpi redemptoris psona. Qa non derelinques animam meam in inferno. nec dabis sanctum tuum uidere corruptionem. Stant sol et luna. et diuinitas et humanitas in xpi psona oppugnant diaboli castra. Donec ulciscat se gens de inimicis suis. donec ppls fidelis in die iudicii triumphum crucis refertur de spiritibus maligni. Nonne scriptum est hoc in libro iustorum. Liber iustorum. et ipse iudex uiuorum et mortuorum. In hoc g libro triumphi huius monimentum est scriptum. qa arrammto sanguinis xpi. cunctorum redemptorum et electorum memoriale libro uite in celis tenet asscriptum. Stat sol in medio celi. qa filius dei passionis sue fulgore lucet in medio fidelium ueteris ac noui testamenti. Celum enim est sancta ecclia. de cunctis fidelibus ueteris ac noui testamenti collecta. In cuius medio sol lucet. dum xpc in medio ueteris ac noui testamenti. sue passionis redemptione resplendet. Non occubit spacio unius diei. et mortis occasum. non recipit diuinitas filii dei. Hinus enim dies eternitatis. nescius occasum mutabilitatis. Non fuit ante eam postea tam longa dies obedientem dno uoci hominis. et pugnante pro israel. Ante et postea patentem futuri temporis sunt uerba. quia illa in se non recipit natura. quae nec initio nec fine circumscribitur. Hec fuit ante eam postea dies tam longa. qa humanitas filii dei que suo ortu tenebras illustrat seculi. habet initium per uirginem matrem. habet finem per crucis mortem. Obedientem dno uoci hominis. dno patre exaudiente uocem filii hominis in cruce pendentis. et pro humano genere